DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

PNEUMONIA.

4

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS,

DE

PNEUMONIA.

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GULIELMI ROBERTSON, S. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti;

NECNON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,

Et nobilissimae FACULTATIS MEDICÆ decreto;

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

GULIELMUS GIROD,

ANGLUS,

Soc. Reg. Med. Soc. Extr.

Necnon

Soc. Nat. Stud. Soc. Extr.

Id genus morbi plus periculi quam doloris habet.—CELSUS.

Ad diem 24 Junii, hora locoque solitis.

EDINBURGI:

Apud BALFOUR et SMELLIE,

Academiae Typographos.

M,DCC,XCI.

Viro admodum reverendo,

HENEAGE ROBINSON, A. M. Oxon.

Avunculo ſuo digniſſimo,

De Yaverland Rectori,

In Inſula de Wight,

Has ſtudiorum primitias,

Summae obſervantiae teſtimonium,

Tanquam leve,

D. D. Cque

GULIELMUS GIROD.

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

PNEUMONIA.

OMNIA inter naturae ſolatia humanae, nihil magis deſiderandum eſt, quam ſanitatis poſſeſſio; ſed corpus humanum, ob naturam ſuam tenuiſſimam et ſtructuram, tam variis morbis eſt obnoxium, ut non citius ac animam ſpiravit infans, in morbum aliquem incidit, aetati infantili peculiarem; et difficile vitam poſſidet illam, tam nuper donatam, et per tot pericula ſuſtinendam. Morbi plerumque, in

chronicos et acutos dividuntur, per plures annos lente ingravescentes illi, hi et citius terminantes. Inter et morbos acutos habenda est Pneumonia. De speciebus Pneumoniae variis, nunc aliquid dicere oportet. Ab omnibus fere medicis et auctoribus, in duas species fuit divisa, Peripneumoniam nempe et Pleuritidem; sed Cullenus, hujusce Universitatis olim insignissimus Professor, utrosque, sub nomine Pneumoniae et titulo, tractare maluit, suis propriis verbis utor: "For neither do our diagnostics serve "to ascertain exactly the seat of the disease; "nor does the difference in the seat of the di-"sease exhibit any considerable variation in the "state of the symptoms, nor lead to any diffe-"rence in the method of cure *." Ex auctoritate igitur, tam valde eminente, post definitionem datam, in morbi historiam, species duas Peripneumoniam et Pleuritidem complectentem, pergam.

MORBI

* First Lines, chap. 6. pag. 362.

MORBI DEFINITIO.

Definitione ejusdem Professoris celeberrimi, plurima symptomata tam maxime amplectente, uti malebam.

Generis, nempe Pneumoniae, definitio: "Pyrexia; dolor in aliqua thoracis parte; respiratio difficilis; Tussis *."

Nunc autem, illustrandi gratia, specierum definitiones interponere, melius convenit. Peripneumonia sic definitur:

"Pneumonia pulsu non semper duro, aliquando molli; dolore thoracis obtuso; respiratione perpetuo difficili, saepe non nisi trun-

"co

* Culleni Genera Morborum, p. 98. et seq.

" co corporis erecto exercenda; faciei tumidae
" colore purpureo; tussi plerumque humida,
" saepe cruenta."

Sic et Pleuritis:

" Pneumonia pulso duro; dolore, plerumque
" lateris, pungente, sub inspiratione praesertim
" aucta; decubitu in latus molesto; tussi dolentissima,
" initio sicca, postea humida, saepe cruenta."

HISTORIA MORBI.

Prima inter symptomata, sunt rigor, horror, pulsus frequens, et alia Pyrexiae signa, corporis autem aucto calore succedente.

Quamvis sub hac forma plerumque ingreditur morbus, variae attamen pyrexiae symptomata manifes-

manifestantur; nonnunquam non augentur sanguinis circuitus et corporis calor, et saepe cum levi pyrexia per dies aliquot pergent symptomata praecedentia, antequam symptomata graviora, nunc enumeranda, se manifestant. Tussis plus minus severa et vehemens hoc malum fere semper comitatur; sub morbi initium plerumque sicca, postea autem humida est; hoc malum sine tussi fuit observatum, nec eo magis periculosum, sed plerumque, sub finem morbi, materia in colore et spissitudine varians, cum sanguinis pauxillo fere semper tincta, expuitur, et praecipue morbo in finem beatum progrediente, succurrit haec exinanitio.

Dolor, hunc morbum semper comitans, variat gradu ac situ; nunc saevit pungens, nunc autem obtusus sentitur, in partibus thoracis diversis, saepe sub sterno, saepe autem dorsum versus et humeros. In eodem morbo, haud raro ex una in alteram thoracis partem, sedem commutat;

tat; ſed plerumque in eodem loco; et apud multos ſententia eſt, dolorem frequentiſſime in dextrum latus perceptum fuiſſe; ſed huic ſententiae haud concedit Van Swieten inſignis, et inter medicos ſub judice lis eſt; ſed nihil momenti rei tam mutabilis ſcientia eſt. Dolor ſaltem, ſi in latus, aut dextrum, aut ſiniſtrum, ſaepiſſime inter coſtas ſextam et ſeptimam, ſitus eſt, et illic eſt longe pungentiſſimus, et ſaevior ex tuſſi ſicca et violenta redditur. Hoc cum dolore ſemper adeſt dyſpnoea incommoda, et conſtans praecipue, et ſub inſpiratione aucta; pulmones enim inſpirando vaſa, et membrana jam inflammata, diſtendit, et dolorem ſeverum producit. Spiritus hic difficilis ex ſitu aegrotantis maxime variat; ſi in latus affectum jaceat, duriſſime urget, et in dorſum incumbere oportet; ſed nonnunquam adeſt dyſpnoea, orthopnoeae inſtar verae, et ſpirare poteſt aeger non niſi in poſituram erectam ſuſtineatur *.

Morbo

* Vide Morgagnus de Cauſis et Sed. Morbor.

Morbo progrediente, ſymptomata febrilia graviora evadunt, ſpiritus perpetuo eſt difficilis et laborioſus, facies rubeſcit, et vaſa tunicae oculi albuginae ſanguifera admodum turgeſcunt.

Æger interea nunc alvo eſt nimis adſtricta, nunc ſoluta nimis, dejectionibus crebris et liquidiſſimis; urina quoque, adhuc parca et pellucida, nunc colorem habet ſubrubrum, et ſedimentum lateritium deponit.

Æger nunc languidus eſt, et animo depreſſus; magna adeſt anxietas; nullum vix poteſt ſomnum obtinere, ſed ſomniis triſtibus affligitur dormiturus.

In vultu nunc magna mutatio apparet; facies tumeſcit et liveſcit; oculi nunc inflammati huc et illuc perpetuo revolvuntur; ſpiritus nunc difficillime altius, et cum ſono trahitur ſibilante;

alienatur

alienatur mens; denique vero delirium et coma tollunt moriturum.

Sed variat ſemper hujus morbi terminatio, ſecundum quem in finem deſinit; poſt ſigna ſuppurationis, ſubito ſaepe dolor, evaneſcit, et in loco quondam dolore ſaeviſſime affecto ponderis ſenſus, cum rigore, ſentitur; ſudores nocturni glutinoſi pectus ſuper et collum apparent; denique vero in veram hecticam incidit aegrotans.

Saepe autem ſumma inſtat debilitas, pulſus parvi fiunt et debiles, et ſubito aeger ſtrangulatur. Nihil certi de tempore quo morbus hic terminationem habet, dici poteſt; illud autem ſilentio tranſibo.

Quamvis pneumonia tam ſaepe in finem fatalem deſinat, nullo vix in morbo fortaſſe magis ars prodeſt medendi; ſi enim in morbi initio

tio exhibita fuiſſent remedia, ſemper fere eventus produci poteſt exoptatus; ſymptomata febrilia minus violenta evadent, pulſus minus frequentiores et pleniores micabunt; facilius ſpirabit aeger; tuſſis, ſicca hactenus, nunc humida fiet, cum expectoratione facili et copioſa; dolor autem ſenſim diminuetur, et ſudor, totum per corpus aeque diſtributus, ſolatium det magnum aegroto; urina magis copioſe ſecernetur, ſedimentum large deponens; denique autem corporis calor et alvi excretio, in ſtatum redient naturalem.

DE SEDE PNEUMONIÆ.

Variae ſententiae fuere, de loco, quo morbus hic ſedem habuiſſe exiſtimabatur. Nonnulli, in vaſibus ſanguinem gerentibus aut bronchialibus, vel in pulmonum parenchymate, alii in

membranae (pleurae nempe per totam thoracis partem internam, necnon et per viſcera omnia, extenſae) parte aliqua, dolorem ſitum eſſe contendunt. In omni fere caſu violento, et pleura et pulmones eodem tempore inflammantur; ſed quo in loco primaria fuit nata inflammatio, adhuc ſub certamine eſt apud medicos.

Ex conſideratione pulmonum ſtructurae tenuiſſimae, et cauſis agentibus expoſitionis tam frequentis, in hoc viſcere primam originem morbum habuiſſe, vix dubitandum eſt.

Pleuram ſenſibilitatem poſſediſſe exquiſitam, et dolorem lateris tam pungentem in ea ſitum eſſe, fuit exiſtimatum; ſed Monro * hodie celeberrimus Profeſſor, huic opinioni accedere nequit; propterea et nervorum portiones in hanc membranam tam valde ſunt minutae, abeuntes, vix ut diſcerni poſſunt. Inſuper et hanc opinionem,

* In ſuis Praelectionibus.

onem, experimenta ab eodem Professore relata, confirmant, pleuram non tam magnam habuisse sensibilitatem, quam fuit possedisse existimatum.

Quodam in casu, punctura in thoracis cavitatem facta, membranam jam inflammatam scalpsit instrumento, aegroto vix querelam effundente; plurima etiam hujusmodi experimenta refert, quae et pleuram, licet inflammatam, vix ullum sentire potuisse dolorem, probare consentiunt. Cullenus * contra, sententiam sustinebat, inflammationem pneumonicam in aliqua pleurae parte originem habuisse. Pringle Eques Auratus, de exercitus morbis sermonem faciens, pulmones dixit aliquando sine pleura, pleuram vero sine pulmonibus, nunquam inflammari posse. Pleuram inflammationi haud esse obnoxiam negari nequit, ex adhaesionibus ejus membranae tam frequentibus, sententia haec clare demonstratur; et, quibusdam in casibus, post

mortem

* First Lines, page 370.

mortem aegri, a quo nullus dolor fuerat sentitus, adhaesiones longe extendentes fuere inventae, inspectis cadaveribus; hoc et argumentum haud levis est momenti, dolorem nunquam in hac membrana situm esse acutum.

Differentia morborum in definitionibus specifica, et ex doloris situ deducta, haud facile affirmari potest; symptomata inter se, uterque morbus, mutuo habentes, et limites accurati non facile sunt ponendi, saltem ambigui; et parum commodi in medendi consilio ex tali notitia exoptandum est.

DIAGNOSIS.

Si partium situm affectarum, corporis habitum, et aetatem, sedulo perpendemus, haud difficile invenietur Pneumoniam inter et alios morbos discrimen.

Ex

Ex ventriculi vicinitate, hujuſce viſceris inflammatio pro pneumonia haberi poteſt; ſed Gaſtritidem inter et Pneumoniam diagnoſis, ex definitionum * conſideratione, facile formari poteſt.

In latere quoque dolor, pneumonici inſtar, ex muſculorum ſpiritui inſervientium ſpaſmo, oriri poteſt; vermes quoque inteſtinorum hujuſmodi lateris dolorem excitare dicuntur; ſed morborum ex indole, et pyrexiae abſentia, facilem diagnoſin reddunt.

Duo tantum ſunt morbi, quorum de diagnoſi ulla difficultas eſſe poteſt, qui quaedam et ſigna cum pneumonia exhibent communia; hepatitis et peripneumonia notha. Horum cum priore morborum ſaepe conjungitur pneumonia, quod et diagnoſin redderet difficilem; ſed eadem fere remedia uterque morbus exigit, et nihil momenti

* Vide Synop. Morb. Cullen.

menti verum esset discrimen, in ratione medendi.

Hepatitis vero separata, ex symptomatum consideratione, a pneumonia facile est distinctu. Dolor in hepatitide ad claviculas et humeri summitatem dextri extendit, tussis fere semper sine expectoratione est, et spirandi difficultas non tam ac in pneumonia urget; decubitus in latus sinistrum difficilis aut impossibilis; hepatis in regione tensio et dolor, cum ventriculi affectionibus, vomitu, et singultu.

A peripneumonia notha, quae catarrhi pro specie revera habenda est, facile distinguitur pneumonia, praecipue aetate et habitu consideratis aegroti; illa vero plerumque senectute majores, et habitu laxiori et crassiori gaudentes, invadit; nec non et catarrhum nuper passos *, et vino deditos, praecipue ingreditur, ut testatur Syden-

* Morgagnus de Caus. et Sedib. Morbor.

Sydenhamus, accuratus ille morborum defcriptor.

In hoc quoque malo, pyrexia longe mitior quam in pneumonia eft, dolore autem, in ponderis fenfum tantum furgente.

Praeterea et pleuritides funt falfae *, fplenetica et rheumatica; a priori, ex tumore externo, et dolore tactu aucto, fatis plane diftinguitur.

Species autem rheumatifmi aliquando mufculos intercoftales dolore, praecipue ad tactum pungente et acuto, tumore et rubore afficiens; fed huic morbo carent figna pneumoniae principia, fcilicet, fpiritus difficilis et tuffis, illa faltem vix digna obfervatu.

Haud multum de cordis et pericardii inflam-

matione

* Synop. Cullen. p. 106.

matione dicere neceſſarium videbitur; hujus viſceris inflammatio, a reliquarum (ſupra relatarum) thoracis partium, inflammatione, non ſeparanda eſt; communia habent ſigna morbus uterque, et communia exigunt remedia; cordis affectionem, praecipue palpitatio et ſyncope, denotant.

PROGNOSIS.

Nullo fortaſſe in morbo, quam inflammatione pneumonia, remediorum matura applicatio magis prodeſt; ex hoc igitur prognoſis multum pendebit. Indicia inter maxime ſunt, corporis habitus, pyrexiae vehementia, tuſſis, dolor, et dyſpnoea, conſideranda. Tanto plus athleticus et plethoricus ſit aeger, eo plus periculi inſtat.

Si vehemens ſit pyrexia, cum pulſu inaequaliter micante, faciei tumore et rubore, tunc mag-

num

num timendum eſt periculum; delirium quoque malum denotat periculoſum; denique vero coma, ſudores partiales, collum tantum et pectus humectantes, et diarrhoea liquida, miſerum cito auferunt.

Ex tuſſis violentia quoque in prognoſin formandam multum colligi poteſt. Si vero crebra ſit pertinaxque, ſine et expectoratione, morbi ſignum eſt obdurati; praeterea, ſi aegre ſpirat laborans, vix et ſpirare poteſt, niſi trunco corporis erecto, dolore eodem tempore huc et illuc per thoracem volitante; haec omnia, quo plus vehementia, eo plus periculi denotant.

Si vero, morbo adoriente, ſymptomata jam enumerata, leviora ſint, tunc autem fauſtior erit praedictio. Nihil certi vix de tempore quo terminatio incidet haec infauſta, dici poteſt, plerumque intra ſeptimum diem, ſed ad decimum quartum uſque diem mors protracta fuiſſe dici-

tur; hujus morbi ſolutio diem inter ſeptimum aut decimum plerumque accidit; nonnunquam autem ſecundum poſt aut tertium diem morbus evaneſcet, in aliquam corporis partem externam eryſipilas apparabit, neque redieret pneumonia, manente eryſipelate.

CAUSÆ REMOTÆ.

De cauſis nunc remotis, quae valde ſunt numeroſae, quae et in cauſas praediſponentes diſtinguuntur et excitantes, conſiderandum eſt. Imprimis igitur de cauſis quae corpus ad hunc morbum reddere aptum dicuntur. Corporis conditio, habitus, aetas, ſexus, thoracis conformatio, morbi praecedentes, anni tempus, coelique temperies, harum inter principias, enumeranda ſunt. De corporis conditione et habitu, temperamentum illud corporis, quod ſangui-

neum appellatur, huic morbo maxime eſt proclivum, ut teſtatur Sydenhamus, et plurimi auctores; homines quorum fibrae muſculares ſunt rigidiores, et durae, in et quibus apparent, plenae ſigna ſanitatis, ut ruſtici, quorum et membra dura ſunt et duro fortia labore, haud parum praediſponuntur. Sed nonnunquam illos vitam degentes diverſam, ſedentariam, victu pleniore, ex cibo carnoſo, ſalito et fumo indurato, copia atque vini generoſi, factos invadit.

Sanguinis enim copia et natura, ex victu aſſumpto et bene concocto, pendere videntur; victus igitur plenus ſanguinis boni abundantiam praebet, plethoramque producit. Certa denique eſt corporis conditio, quae apud medicos diatheſis phlogiſtica vocatur, quae et homines huic morbo opportuniores reddit, praecipue et ingreditur eos, qui hac conditione praediti ſunt.

De

De aetate et ſexu. Utraque ſexus huic morbo eſt obnoxia, praeſertim attamen ſexum virilem invadit. Quare autem homines, in hunc morbum prae foeminas ſubjiciuntur, facile patebit; illi enim fibra fortiore gaudent et duriore, cauſis etiam excitantibus frequentius objiciuntur. Sed foeminae, quamvis multo rarius corripiuntur, magis tamen periculoſe affligi dicuntur.

Adultos potius invadit quam juniores; ſed nullam parcit aetatem, pueros ſimul atque ſenes aſpere ingreditur, et ſaepe in mortem feſtinat funeſtam.

Annos octoginta natum tam ſevere ab hoc malo fuiſſe invaſum, ut mortem celeriter properabat, teſtatur Doctor Gregory, Profeſſor nunc celeberrimus, in ſuis praelectionibus de pneumonia. Egomet ipſe vidiſſe reminiſcor, fratrem

meum

meum annos tantum duodecim natum pneumonia dira ingressum.

Florentis aetatis eos, nec non et aetate grandiores, frequentissime affligit et durissime; horum enim fibrae magis sunt rigidae, et in morbum hunc valde sunt propensi, quia tonus et irritabilitas tum summa sunt. Thoracis augustia, spatium coercendo quo per pulmones sanguinis cursus impeditur, et inflammationi aptat organum hunc tenuissimum, haud parum huic malo conferens.

Inter morbos seminium praebentes, haud raro asthma observatur. Phthisis pulmonalis cum pneumonia saepe est connexa, ut docet cadaverum inspectio. In morbo nempe phthisi, inciso thorace, partium adhaesiones et inflammationis longe vestigia extendentis, pneumoniae frequentiam demonstrant, et saepe inscio aegrotante.

Angina,

Angina, orthopnoea, morbis cum pectoris aliis, pneumoniae admodum corpus disponunt. Causas inter excitantes, est aëris humidi aut sicci admodum applicatio pulmonibus, corpore eodem tempore calefaciente; coeli mutationes subitae ex calida in frigidam temperaturam, ideoque circa hyemem, ver, et autumnum, praecipue saevit pneumonia.

Causa hunc morbum maxime excitans est corpori calido frigoris applicatio, irritationem peculiarem systemati toti dando vasorum. Insuper pneumonicae irritamenta, intemperantia, (quam ob causam, post vini et veneris usum nimis liberum, juvenes tam saepe invadit) pulmonum exercitatio crebra, nempe currendo, nitendo, cantando, vociferando, &c. solent enumerari *.

CAUSA

* Van Swieten. Comment.

CAUSA PROXIMA.

Inter arduas res habenda eſt cauſarum proximarum inveſtigatio, quarum et de hypotheſibus homines in maximos incidere errores, de quibus et Ciceronis verbis uti liceat: "Homines opinionibus inflati, turpiter irridentur, et in maximis erroribus verſantur;" ſed in hujuſmodi certamina vix nunc intrare conveniet, illam ſolum cauſam, vulgo creditam, et a medicis optimis et auctoribus receptam, ad ſymptomata explicanda ſatiſque aptam, enumerare oportebit. Non ſolummodo in parte vaſorum affecta, totum vero per ſanguinis ſyſtema, actionem augeri videtur, poſteriore ex priore praecipue pendente.

Culleni

Culleni fuit opinio, in parte inflammata obſtructionem exiſtiſſe, vaſorum extremitatum ſpaſmo ſuſtentam, quae et obſtructio, vim medicatricem naturae excitando, toti vaſorum ſyſtemati, ſtimulus ſit aptiſſimus; praeterea et ſententia eſt confirmata congeſtionem in parte eſſe affecta, ex quo autem tumor pendere videtur*. Ex hoc ſpaſmo quoque inflammatio haec pneumonica, quae et vim naturae medicatricem excitando, ſymptomata febrilia inducit, pendere habeatur; huic quoque opinioni argumentum haud leve accedit, ſecretiones ingente ſpaſmo perturbatas eſſe, eo et ſoluto cito rediere.

DE TERMINATIONIBUS, IN QUOS DESINIT PNEUMONIA.

Inflammationes pneumonicae, ut caeterae, ſaepe in reſolutione, ſuppuratione, et gangraena

terminari

* Culleni Prim. Lin. p. 279. et ſeq.

terminari poſſunt, ſed etiam altera ſua propria terminatione gaudet, nempe materiae ſeroſae cum ſanguine mixtae effuſione, in texturam pulmonum cellularem, quae, iter impediendo aëris per pulmones, cito ſtrangulat aegrotantem. Hujuſmodi effuſiones, in omnibus pneumoniae caſibus, plus minus accidunt, praecipue et in iis, qui in finem fatalem protrahuntur. Cum gangraena ſaepe connectitur, et quamvis ſaepe fuere, qui ſententiam hanc afferuere, gangraenam nempe cauſam fuiſſe mortis frequentem, ſed plerumque ab effuſione et exhalatione ex parte pulmonum externa eſt aeger defunctus, antequam a gangraena effectus ille produci potuiſſet. Sed gangraenam, illam et mortalem, fuiſſe inventam, negare nequeam; nequaquam accidit rariſſime.

Symptomata, quae praecipue hanc terminationem denotant, vehemens ſunt inflammatio cum ſaevo dolore eo et protracto, et ſumma debilitas,

denique etiam ſtupor et coma. Effuſio ſanguinis haec aut ſeri frequentiſſima eſt, et longe periculoſiſſima, et a ſignis ſequentibus expectanda eſt, nempe, expectoratione longum ſuppreſſa, cum dyſpnoea et dolore; ſed non raro ſubito ſtrangulantur aegri, poſt morbum leviter progreſſum. Inſpecto cadavero, ſaepe pulmones inveniuntur coloris rubri nigreſcantis, et hepatis inſtar, texturae autem denſioris, et aquae fundum petentes.

Variae ſunt ſententiae de tempore quo pneumonia vel in ſuppurationem vel reſolutionem terminatur; ſed .am varium eſt, vix ut quicquam de eo dici poſſit; ſi verum ſymptomata gravia, et ſine levamine, ad diem duodecimum, aut decimum quartum, uſque ſaeviere, tunc ſuppuratio metuenda eſt. Vix oportebit, ut multum de puogenia dicerem*. Celeberrimus Cullenus,

* Firſt Lines, p. 288. Bergmann, Hunter, and Profeſſor Monro.

nus, hanc ab effuſione effici poſſe, contendit. "In abſceſſes, while the pus is formed of one "part of the matter that had been effuſed, the "other and thinner parts are reabſorbed; ſo "that, in the abſceſs, when opened, a pus "alone appears." Inſuper non ſolum a glutine formatur, ſed etiam ab eroſione texturae cellularis, et vaſorum, quo emittitur ſanguis, et cauſa eſt, quapropter ſanguis tam ſaepe cum pure commiſcetur. Sed Hume, in diſſertatione ſua de pure celeberrima, pus ſecerni, clare demonſtravit, huic opinioni alii auctores inſigniſſimi, et phyſiologiae docti, accedunt.

Suppurationis adventus, ab aegroto frigeſcente, pulſu mutabili, nunc frequentior et mollis, nunc autem plenior micans, facile praedici poteſt. Suppurationem jamque inceptam, a remiſſione doloris, timendum eſt, tuſſi et dyſpnoea graviter manentibus, magni cum ponderis ſenſu in latere affecto. Hoc denique certius

factum

factum eſt, ex febris exacerbatione veſpertina, tandem in veram hecticam abeuntis. Pus aut in thoracis cavitatem transfunditur, rupto abſceſſu, et aegri mortem empyema accelerat, aut in abdomen, corrupto diaphragmate, evacuatur. Hunc morbum nonnunquam, etiam in thoracis hydropem, finem habuiſſe docemur. An non in ſchirrum unquam deſinivit?

Nunc eſt de reſolutione, exoptanda maxime terminatione, dicendum.

Hujus morbi reſolutio ſemper fere cum evacuatione manifeſta comitatur. Harum evacuationum frequentiſſima eſt magis efficax, eſt materiae ſpiſſae, albidae, aut ſubflavae, et cum ſanguinis pauxillo permiſtae, expectoratio copioſa et commoda, ſine et tuſſi violenta. Sudor aliquando mollis, copioſa fluida, et totum per corpus aeque diſtributa, eodem fere tempore pyrexiae ſymptomatibus leviter evadentibus, finem pneumoniae dat ſaepe felicem.

Praeterea, nonnunquam ex naribus haemorrhagiae, nec non et ex vasibus haemorrhoidalibus, cum solutione conjunguntur; secretiones autem auctae, evacuatio nempe urinae copiosa, sedimentum large deponentis, aut diarrhoea biliosa, eundem effectum producisse dicuntur; sed rarissime accidere hujusmodi evacuationes, cum effectu saltem huic morbo solutionem producendi.

RATIO SYMPTOMATUM.

Omnia indicia quae in pneumonia contingant recensere, nunc vix necessarium videtur, ea tantum quae communia sunt, quae et morbum certissime depingunt.

Symptomata inter prima est pyrexia, quae et diathesi phlogistica, jam in corpore existente, in

actionem

actionem excitato, a vaſorum ſanguinem gerentium actione aucta et congeſtu, quo, toti ſyſtemati ſanguifero ſtimulus veluti agit, ut ſupra relata.

Dyſpnoea nunc in conſiderationem venit.

Haec ex cauſis variis oriri poteſt.

Sanguinis in pulmonibus obſtructio, et ſequens congeſtus, ſpatium diminuendo vaſorum bronchialium, quos per aëris circuitus admodum impeditur, dyſpnoeam facile producere poteſt; praeterea et dolor, hujuſce morbi ſocius continuus, a pulmonum plena dilatatione augetur; et hunc propterea dolorem haud facile ſpirare poteſt aegrotus.

Tuſſis, hoc malum ſemper comitans, ſanguinis quantitati in pulmonum auctae vaſis referenda eſt; humores quoque glandularum bronchiali-

um,

um, folliculorum et mucoſorum, non ſolummodo copia majore ſecerni, ſed etiam acrimoniam peculiarem poſſidere poſſunt, quae et acrimonia pulmonum vaſa ſtimulando tuſſin produceret; inſuper et tuſſi ſicca, vaſorum fines exhalantium contractione ſpaſmodica affici poſſunt, huic et argumentum eſt expectorationis reditus ſpaſmo ſoluto.

Dolor acutus, ut in aliis inflammationis ſpeciebus, vaſorum tunicarum diſtentione, ex ſanguinis copia et impetu auctis, referri poteſt; nonnunquam autem, in latus affectum decubitus facilior, in latus vero alterum difficilis, adhaeſionibus pulmonum et pleurae pendere videtur.

RATIO

RATIO MEDENDI.

In hoc morbo indicatur, ut ſanguinis copia et impetus, totum per corpus maxime, et contra vaſa pulmonum obſtructa, minuantur; vaſorum quoque extremitates ex ſpaſmo leventur, ut ſputorum ejectio libera et copioſa eliceatur et augeatur.

Symptomatibus febrilibus, ex diatheſi phlogiſtica aliquid pendentibus, regimini antiphlogiſtici admodum neceſſarium videtur, ſine et cauſarum applicatione nimis debilitantium; haec indicatio e venaeſectione larga et repetita maxime explebitur.

Quantum et quoties ſanguinis eſt mittendum haud facile determinari poteſt; tam enim ex

viribus

viribus aegroti et morbi magnitudine variat, nullum ut praeceptum perpetuum admitti poteſt, ſed ſemper vires ſecundum et mali vehementiam adhibendum eſt.

Sanguine fluente, ſaepe evaneſcunt dolor et ſpirandi difficultas, admodum ſaltem levantur; ſi contra autem non haec apparent ſymptomata, ad ſyncopen fere uſque eſt ſanguinis detrahendus *.

Multum vero peritiae, in tempeſtivam ſanguinis detractionem opus eſt.

Sanguis poſt quartum vel quintum diem non detrahendus eſt; niſi venaeſectionem nova depoſcunt ſymptomata; quia ſuppurationem jam inceptam impedit †.

* Cullen's Firſt Lines.

† Profeſſoris Hume Princip. Med.

Pulſu nihilominus valido et duro micante, viribuſque parum imminutis, ſanguinis miſſio copioſa et matura iteranda eſt, et, pro indiciorum violentia, et viribus aegri, repetenda; una ſola venaeſectio ad morbum coercendum raro ſufficiet, tanquam copioſa ſit; et ſaepe in ſecundam aut tertiam vicem a doloris reditu et dyſpnoea indicatur.

Poſt ſanguinis detractiones largas et repetitas, ſi aegroti vires langueſcant, ſine et ſymptomatum levamine, cucurbitulae partibus dolentibus admotae haud leve ſolamen aliquando praebent.

Minime vero conſectarium, ſive ex hoc, ſive altero ex brachio emittitur ſanguis, effectus in ſanguinis circuitu generali, tum partis affectae, idem erit.

Poſt ſanguinis miſſiones, alvi ſubductiones leves, et pro re nata repetitae, uſurpandae ſunt;

quae

quae non ſolummodo laticum molem exhauriunt, ſed etiam primarum viarum cruditates noxias evacuunt.

Hunc igitur ad effectum, injectionum emollientium, laxantium, et frigeſcentium exhibitio, optime conferunt; quorum et ſtimulus haud nimis canali inteſtinali irritationis praebent.

Applicatio parti dolenti fomentorum et cataplaſmatum magnopere fuit laudata; ſed longe praeſtat epiſpaſticorum uſus *, et praecipue poſt ſanguinis miſſionem primam, ad ſecundam vero, obdurato malo, protrahenda eſt. Veſicatorii repititio alicui thoracis parti ſaepe neceſſaria videtur.

Aëris et corporis temperies, pars quaſi regiminis antiphlogiſtici, in memoria tenenda eſt. Frigoris lenis applicatio, auctam in vaſorum actionem

* Culleni Prim. Lin. pag. 396. et ſeq.

actionem coercendam confert; regimen igitur quod lectum nimis frigidum evitandum est, conclavis autem temperies sit media, secundum Cullenum, "the chamber ought not to exceed "60 degrees of Fahrenheit's thermometer; and "whether it may be at any time colder I am "uncertain." Celsus quoque, vestimenta esse levia commonet.

Cum hic morbus saepe sputa magna emolita comitatur, praecipue et si faustum ad finem tenderet, ideoque sub nomine expectorantium multa sunt medicamenta collocata, compluria nempe gummi, et scillae radix, caeteraque hujusmodi, quae et omnia fere minime prosunt, et, ob qualitates stimulantes suas, aliquando nocere possunt, quibus et praestant aquae calidae vapores aceto commixtae, et in bronchia receptae.

Emeticorum usus, oriente morbo, minus est tutus, et hodiernis medicis vix satis comprobatus;

tus; ſub finem vero morbi, viribus reſuſcitatis, expectorationem maxime augent, et ſine metu parca manu uſurpentur.

In ſputorum acrimoniam obtundam, maxime proſunt mucilaginoſa et oleoſa, nec non et ad tuſſim, ex ea pendentem, coercendam. Pneumonia ſaepe, ſudore ſponte erumpente, ſolvitur; quapropter multae fuere ſententiae de remediorum diaphoreticorum uſu, et adhuc agitatur. Sed eorum uſus vix admitti poteſt, niſi poſt conditionem inflammatoriam remotam, tunc et ob effectum ſuum large ſtimulantem, ſummae attentionis opus eſt; ſi autem ſudor ſponte erumpat, dolore miteſcente, febre et ſpirandi difficultate ſublevatis, tunc ſolummodo diluentium uſu ſuſtinendus eſt, ſine et ſtimulo aut calore externo applicatis.

Inter remediorum optima, huic malo aptata, locum haud tenet contemnendum. In quibuſ-

libet hujus morbi ſtadiis, poſt febrem mitigatam, dolorem et ſpiritum difficilem diminutum, ſaepe tuſſis dimanet incommoda, dolorem excitans, et ſomnum depellens, eo tempore, et non citius, optimo cum effectu exhiberi poteſt opium; ſomnum praebet recreantem, dolorem aufert, et tuſſim mirabiliter placabit.

Totum per morbi decurſum, victus parca eſt utendum, cibo carnoſo praecipue evitato; victus e cibis refrigerantibus anteponenda eſt; potiones leves, ſubacidae, praeſertim et fruges acidulae, quae eodem tempore utiles, ſitim temperando, et dulces, gratae ſemper fere palato, invenientur.

T A N T U M.